Premisliensis inscriptis ratione cuius satisfactionis inscriptionis
castrensis Premisliensis super praefatam summam in bonis praefa-
tis servientibus cassat mortificat et in nihilum convertit ac
eundem Joannem Herbortum successorem de praefata summa
quietat et liberum facit sibique et suis posteris pro praemissis
omnibus perpetuum facit et imponit silentium super quod ante
positum est

Vulnera bilinsky con luczka

Nobilis Stanislaus alias Stasz Bilinsky coram officio et actis
praesentibus castrensis Premisliensis ostendit et manifestavit
duo vulnera exigua cruenta in digitis medio et fidio
manus sinistre que vulnera asserebat sibi fecisse inflicta
per nobilem Orysha consortem nobilis Wassyl Luczki que
vulnera officium vidit et suscepit

Posit Citto ex parte Lowieczkich super morawskie

Ministerialis terrestris Premisliensis providus Ffeytzko dictus
Kurote de Borathin coram officio et actis praesentibus castrensis
Premisliensis stans personaliter in vim relationis sue recognovit
quia feria secunda festi sancte Agnetis proxime praeterita anno
praesenti Citto brevem terrestrem przevorscensem ex parte nobilium
Adami Joseph Alexy Georgy et Stanislai Lowyeczkych fra-
trum germanorum et patruelium pro non exdimissione mercatorum
et camporum alias prout ipsa Citto lanus in se tenuit super nobi-
les Crasnum Nicolaum morawskye et Joannem filium no-
bilis olim Nicolai morawski in bonis et curia sortis ipsorum vil-
le morawskie posuit et reliquit positionem eiusdem Citto fa-
ctore et familie eiusdem Curie ac incolis eiusdem ville publi-
cavit et ad notitiam deduxit que ita et non aliter fieri ipse
alias recognovit

Vulnera luczkiei contra bilinsky

Nobilis Orysha consors nobilis olim Wassyl Luczki coram officio
et actis praesentibus castrensis Premisliensis ostendit et manifesta-
vit vulnus cruentum in brachio manus sinistre item aliud
vulnus cruentum super palma eiusdem manus sinistre
item vulnus lividum in capite partis sinistre pro quibus
inculpavit nobilem Stanislaum Bilinsky que vulnera
officium vidit et suscepit

Intro non est admissa in perlucrum per Sluzowsky porudensky

Ministerialis terrestris Premisliensis providus Albertus Kotlin-
sky de Kanczuga unanimi nobilibus Matheo Gerzowski
secum comparentibus coram officio et actis praesentibus

castrensis Premisliensis stans personaliter in vim relationis sue recognovit
quia dum et quando feria secunda ante festum sancti Thome
apostoli proxime praeterita et anno proxime elapso mixta sunt depu-
tationem a judicio castrensi Premisliensi pro parte nobilis Stani-
slai porudensky facta et ad requisitionem ipsius Stanislai ad
bona et sortem tenute nobilis Andree Sluzowsky in villa
pelnatige condescendisset voluitque ipsum Stanislaum porudens-
ky in bona praefata omnia ipsius Andree Sluzowsky vigore lu-
criorum perlucriorum super eodem Andrea Sluzowski in judicio
castrensi Premisliensi ad inscriptionem terrenum przevorscensem arendato-
riam occasione non solutionis centum florenorum pro duobus
annis a duabus rattis pro eadem arenda in bona praefa-
ta tenute ville pelnatige extunc eidem Stanislao porudensky
intrare cum actuali possessione in eisdem lucris perlucris in bona
praefata tenute ville pelnatige et in alia omnia per factorem no-
bilis Joannis Chwal non est admissa immo tenore denegata
que ita et non aliter fieri ipse alias recognovit et nobiles
praefati relationis ipsius alias recognitione sua personali attestati sunt

Paczlawschi abrenunciat

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus
castrensis Premisliensis providi Michaylo pop de Kassyge
Iwan de Ostrow Hassia consors providi Zanyko de Ostrow
cum consensu eiusdem mariti sui Xzienya consors providi Ffe-
dor de Ostrow filii et filie nobilis olim Margarethe pa-
czlawska sororis germane nobilium Iwanko et Ffeytz-
ko paczlawskich publice et per expressum recognoverunt
quia ipsis est totaliter et plenarie satisfactum de bonis pa-
ternis in sorte ville paczlaw post nobilem olim Marga-
retham alias marusscha ipsos quocumque iure concernentes et
hoc a nobilibus Iwanko et Ffeytzko paczlawskye fi-
liis et successoribus legitimis nobilis olim Jaczko paczlaw-
sky de quibus bonis praefatis paternis et maternis in ma-
nus praefatorum Iwanko et Ffeytzko paczlawskym perpe-
tue et in eterna abrenunciant necnon Citto omnes tres
Premisliensis et totum progressum iuris in quocumque puncto et gra-
du iuris dependentem coram judicio terrestri Premisliensi contumatos
cassant mortificant et in nihilum convertunt sibique et suis
posteris pro praemissis omnibus perpetuum faciunt et imponunt
silentium super quod memoriale positum est